



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titulus XXXVII. De pœnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

NOTÆ.

Idem.) Gregorius videlicet Nonus, qui præsentem edidit constitutionem motu proprio, ex diversis juris civilis principiis. Et in primis docet circa damnum datum, teneri eum qui culpa sua damnum dedit, iussit dari, consensit, imperite egit, aut neglexit: quod etiam passim docetur in titulo ff. ad leg. Aquil. Et licet quodlibet damnum datum peculiariter lego vindicari possit, veluti Aquiliæ, & vi publica, & de scariis; tamen extra ordinem damnum datum vindicari posse, colligitur ex l. 1. §. 1. l. 9. l. penult. & ult. ff. de incendio, & ruina, l. 3. §. 1. ff. de offic. Pref. vigil. l. 2. ff. arbor. part. cas. l. aut. facta 16. §. evenit. ff. de pœnis. Ut autem damnum datum vindicetur, injuria factum esse debet, id est vel dolo, vel culpa. Patet etiam tam latè verbum *injuria*, ut & qui culpâ levissimâ damnum dedit, injuria dedisse dicatur, leg. in lege 44. ff. ad leg. Aquil. Igitur culpa in præsentia non solum supinam negligentiam designat, qua prope dolum est; verum & laxitatem, & imperitiam, & infirmitates in culpa ponuntur, si quis affectaverit id, in quo intelligit; vel intelligere debet imperitiam, aut infirmitatem suam esse alii periculosam futuram, l. 5. §. 1. & ult. l. 8. l. 31. ff. ad leg. Aquil. l. illicita 6. §. scutis, de offic. Presid. Prosequitur Gregorius casum, in quo quis damnum dedit, non corpore suo, sed per anima malia propria: & tunc docet, posse dominum servi, vel quadrupedis, per quem damnum datum est, estimationem damni solvere, vel noxam dare, hoc est servum, vel animal, quod damnum dedit, juxta legem 1. & per totum titulum ff. de noxalibus. In qua parte observandi sunt textus in l. ff. servus 27.

§. si quis servus, ff. ad leg. Aquil. l. si usus fructus, ff. si ex noxali causa, l. servus 16. ff. de interrogat. act. l. itaque 12. §. 1. l. servi 17. §. illud, l. insciando 61. §. 4. ff. de furtis, l. inter 26. §. sed & cum servus, ff. mandatis, l. si heredis 48. l. si libertus 110. ff. de legatis 1. l. 19. §. ult. ff. de peculio, cum leg. 16. ff. de peculio legato, junctis Fabro lib. 3. conject. cap. 5. Cujacio lib. 12. obser. cap. 9. & ult. l. 1. ff. de public. judic. l. 3. §. 4. ff. nauta, capon. l. Nesciens, §. final. ff. de re judic. l. ex contractibus 49. ff. de O. & A. l. si servus 31. ff. de pignorat. l. 17. §. penult. ff. de usufruct. l. 2. ff. de publican. l. si ambo 10. §. quotiens, l. si debetas, ff. de compensi. l. item 20. §. item recte ait, l. illud. 40. §. penult. ff. de petit. habedit. l. 3. ff. de evict. l. 4. §. illud, ff. statu liber. l. 11. ff. locat. juncto Cujacio lib. 22. obser. cap. 4. & lib. 21. cap. 40. l. 1. ff. ne quis eum, l. 2. ff. de eo, per quem factum. l. 1. §. cum servus, ff. de his qui dejecerunt, l. 18. §. ult. ff. de mortis causâ donat. l. 1. §. ult. ff. de publican. l. 4. ff. de aleator. l. 4. §. autoris, ff. de doli except. l. 12. §. ult. cum l. sequenti, ff. de liberali causa, l. si mulier 21. §. 1. ff. rer. amot. l. 17. §. 17. l. 45. & 58. ff. de adulit. edit. l. 3. §. ult. ff. si menfor falsum modum, l. post minimum 19. §. si statu liber, ff. de captivis, l. 1. §. apud servum, ff. depositi, l. 72. §. 5. ff. de solution. l. antiquis 6. §. si servus, ff. quod vi aut clâ, l. 6. §. Celsus, ff. de aqua pluvia, l. 13. §. 1. ff. de publican. l. 3. §. 4. ff. de liber. homine, l. 7. ff. quod vi aut clam, l. 8. §. ult. ff. communi dividendo, l. si hominem 69. ff. de solution. l. rem. 21. §. 1. ff. commodati, juncto Cujacio tract. 8. ad Africanum, l. 7. §. hoc editum, ff. de damno infecto, l. 13. & 14. ff. de interrogat. l. 1. §. interdum, ff. si quadrupes pauperium.

TITULUS XXXVII.

De pœnis.

CAPVT I.

Ex Concilio a Toletano.



NOTÆ.

Toletano.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & apud Burchardum lib. 19. Decretico cap. 158. Carnotensi. part. 15. Decreti, cap. 166. & in fragmentis Concilii Toletani incerti, quæ reperiuntur ad calcem Concilii Toletani 1. apud Loaysam; & licet non reperiatur textus hic in aliquo ex Conciliis Toletanis

hucusque excusis, ejus tamen sententia in jure certa est; nam licet de eodem delicto non possit quis iterum accusari, postquam fuit semel absolitus, vel condemnatus, ut probavi in cap. de his, de accusat. tamè cum postea novâ prævaricatione relapsus est in idem delictum, potest iterum puniri; immò & propter iterationem gravius punitur, ut probavi in cap. ad abolendam, de heret.

C A P V T I I.

Et Concilio ^a Triburienſi.

Si quis presbyter, quod abſit, quia ſacerdos altissimi Dei eſt, vulneratus, vel quiſlibet injuriis, & contumelias de honestatus evaſerit, & ſupervixerit, tota compoſitio perſolvatur preſbytero. Si autem in articulo mortis præventus obierit, prieſtum ^b vverigeldi tripartita partiatur diuīſione: id eſt altari, cui ordinatus fuerat, pars una; Epifcopo, in cujus die ceciſi erat, altera; tertia parentibus, de quibus ortus fuerat. Si verò in atrio Ecclesiæ aliiquid ex iſtis preſbytero factum fuerit, ſupradicto modo preſbytero, & pro preſbytero ſolvatur. Sed quia ut Hilarius Papa omnibus Epifcopis per diuersas provincias in epiftola ſua ſcribit, in iuria ſacerdotum, & Ecclesiārum, ſacrilegium eſt; ſacrilegium in atrio factum, altari & Domino ejusdem loci perſolvatur. Sacerdotes enim non ſunt lacerandi, ſed potius coronandi: quia de his Ecclesiasticis liber loquitur, dicens: In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius sanctifica, & miſtris ejus non derelinquas, & honorifica ſacerdotem. Et Isidorus: His enim, ſicut & Epifcopis, diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt: præſunt enim Ecclesiæ Christi, & in confeſſatione diuini corporis, & ſanguiniſi conſortes ſunt Epifcopis. Similiter & in doctrina populum, & in officio praedicandi.

N O T A E.

1. **T**riburienſi.) Ita etiam legitur in prima collectione, ſub hoc tit. cap. 2. & ex eodem Concilio citatur textus hic à Burchardo lib. 6. Decreti, cap. 11. Carnotensi part. 10. Decreti, c. 40. & ſub nomine Palea extat apud Gratianum in cap. omnes 26. 17. queſt. 4. & reperitur in ipſo Concilio can. 4. prout in prefenti transcribitur. De hoc Concilio nonnulla notavi in cap. clerici, de vita & honest. cleric. Verba autem in preſenti transcripta extant lib. 4. capitul. Caroli, cap. 15. & inter canonem Ifacii Lingonensis Epifcopi tit. 2. cap. 1.

2. **b** Wericel.) Wericeldus, ſeu Wericildus, ſumitur pro pretio, quod pro compositione judiciali perſolvitur pro homicidio, aut alio delicto propinquis, & hæredibus; quo modo accipitur in lege Salica cap. 1. §. 7. & lib. 3. capitul. cap. 28. & lib. 6. cap. 98. & 99. Alemanor tit. 4. 29. 34. Botorum tit. 7. cap. 1. & tit. 15. cap. 5. Rupiar. tit. 36. §. 1. & tit. 46. §. 1. Frifion. tit. 1. §. 9. Longobard. lib. 1. tit. 1. l. 1. Poenit. Romano tit. 4. cap. 17. ibi: Preium ſuum, id eſt Wericildum ſuum: & aliis legibus antiquis congetis à Lindembrogio in glossar. verbo Wericildum; in ſpeculo Saxonico lib. 1. art. 8. ibi: Testimonium praconis vice ſtat duorum, ejus etiam emenda, & Wericildus duplex eſt, ſecondum ipius nationem. Et art. 65. ibi: Qui etiam aliquam actionem injuriarum paſſum iudicio exhibere promiferit, ſi id facere nequiverit, cum ſuo abſolvetur Wericeldo, & per hoc iuri non derogat ſuo: Wericeldus poſt tres menses a tempore ejus acquiſitionis perſolvetur. Illustrat ex variis Germanicis ſcriptoribus Joannes Voſſius lib. 2. de vitis ferm. cap. 2. Lindembrog. ubi ſupr. Ant. Auguſtin. in notis ad dictum Poenitent. Rom. tit. 4. cap. 17. Bignonius in not. ad Marciſi lib. 1. cap. 18. Gibalinus tom. 2. de negot. lib. 6. cap. 9. art. 3. num. 11.

C O M M E N T A R I U M.

3. **T**extus hic exponendus eſt juxta conſuetudinem Provinciæ, in qua Concilium hoc cele-

bratum fuīt, videlicet Germaniæ: apud veteres enim Germanos certa pecunia ſumma delata effi- mabantur, neque homicidium morte lui lex erat; & facinorosi omnes, niſi laſa Majestatis, pecuniam ſolvebant poenam, qua dicebatur compoſitio. Tacitus de morib. Germanorū, ibi: Sufficerat inimicitias, ſeu patris, ſeu propinqūi, quam amittias neceſſe eſt, nec implacabiles durant. Luitur enim homicidium certo armentorum, ac pecorum numero, recipique ſatisfactionem universa domus. Et in legibus Bajabar. tit. 1. cap. 11. ita legitur: Ut nullus Bajabarius alodore, aut vitam fine captiui criminis perdat, id eſt, ſi in necem Duci conflatiſt fuerit, aut inimicos in provinciam invitaverit, &c. Cetera verò quæcumque commiſſerit peccata, quoque habet ſubſtantiam, componat ſecondum legem. Ideoque frequenter in veteribus legibus haec verba repertae, de vita componat, ut lib. 3. capitul. cap. 10. Si quis convictus fuerit perjuri, perdat manum, aut redimat. Et lib. 4. Capitul. cap. 13. 15. & 18. ibi: Qui hominem publicam penitentiam agentem interfecit, bannum nostrum in triplo componat. & Wericildus ejuſ proximus perſolvatur. In legibus Angliæ apud Hovedchum in Henrico II. ibi: Vivere ſuum, id eſt pretium redempcionis ſue ſolvat. Et pro modo culpa, & dignitate perſonne compositio ſiebat, cap. qui ſub diuīnum occiderit, 17. queſt. 4. probant Petrus Gregorius lib. 4. partit. tit. 13. cap. final. Crefſilius lib. 3. myſtag. lib. 1. cap. 22. ſeſt. 4. Rouſſilius lib. 6. hiſt. Penit. jurid. cap. 2. num. 6. & ultrà compositionem in nonnullis deli- etis, quæ legibus expreſſa erant, præter compositionem reuſiſco fredum ſolvebat. Gregorius Tu- ron. de miraculis ſancti Martini lib. 4. cap. 26. ibi: Af- firmavit Rex quodam ex hu, qui abſolutiſt fuerant, ad ſe veniſſe, compositionemq. fiſco debitam, quam illiſre- dum vocant, a ſe indultam. Illustrat Bignonius lib. 1. ad formulae Marciſi, cap. 3. Licet cum haſtaretur in Concilio Cabilon. 2. cuimam perſolvenda eſſet poena patrati homicidi in preſbyterum, Pa- triſ Concilii quæſtione ad Principem reje- cti, tanquam ſupremum arbitrium poenae, & ve- niæ criminum, cap. 24. ibi: De Epifcopis verò, Preſby- teris, & Diaconiſis, & monachiſis interſectis que- rendum

rendum à Domino imperatore est, cuī illius homicidii premium exsolendum sit. Unde juxta hunc morem a Patribus Conciliis Triburientis decretum est, compositionem presbyteri occisi esse dividendam pro aequalibus portionibus inter Ecclesiam, cui inserviebat, Episcopum dicacefanum, & eius con-tanguineos. Sed cum Raymundus mutasset hæc

verba aliam divisionem faciendo, credo ob auctoritatem Gregorii Noni, qui confirmavit hanc compilationem, illi standum esse. An vero sanctis parentibus aliqua pars illis sit assignanda, disputant Covar. lib. 2. var. cap. 9. num. 10. Genensis practicab. quæst. 370. Sed attentâ integrâ hujus canonis nulla hastitationis occasio manet.

C A P V T III.

Idem R. ^a Cantuariensi Archiepiscopo.

Licet juxta Apostolum arguere, & increpare debeamus; sic tamen debemus excessus corrigere singulorum, ut probemur, non quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi querere, & in correctione facienda videamus modestiam, & maturitatem servare. Accipimus autem, quod^b Archidiaconi Conventren. Episcopatus pro excessibus, & criminibus puniendis à clericis, & laicis pœnam pecuniariam exigunt: in^c examinatione ignis, & aquæ XXX. denarios à viro, & muliere querere præsumunt: & pro annua exactione pecuniæ personas quandoque suspendunt, & Ecclesiæ interdicunt: à vicariis quoque XII. ^d denarios ut in Ecclesiæ cantare permitrant, exigere non formidant, & alia agunt, quæ canonum obviariunt statutis, & de radice cupiditatis, & avaritiae videntur prodire. Quia igitur sollicitudini nostræ incumbit pastorali providere diligentia, ne ab ecclesiasticis personis tuæ provinciæ aliquid agatur, quod reprehensioni subiaceat, vel ecclesiastica honestatem denigret: f. t. per A. s. p. m. quat. Archidiaconis prædicti Episcopatus ex parte nostra, & tua distritè inhibeas, nec excessibus corrigendis, aut criminibus puniendis à clericis, vel laicis, pœnam pecuniariam, nec pro examine ignis, vel aquæ denarios amplius exigere audeant, vel alia que dicta sunt, quomodolibet exercere. Si autem contra prohibitionem nostram ausu temerario venire præsumperint, eos omni cent. & cap. cess. ecclesiasticâ censurâ percellas, & sententiam ipsam usque ad dignam satisfactionem facias inviolabiliter observari.

N O T Æ.

^{1.} ^a **C**antuariensi.) Ita etiam legitur in prima collectione sub hoc tit. cap. 3. & extat textus hic post Concil. Lateran. part. 1. de simonia, cap. 3. prout hic transcribitur.

^b **A**rchidiaconi.) Quibus ex consuetudine competit in nonnullis provinciis jurisdictio contentiosa, juxta tradit. in cap. ad hoc de offic. Archid.

^c **C**onventrensis.) Anglicani Regni, de qua dicecesi egi in cap. 2. de script.

^d **E**xaminatione.) Hæc verba omisit Raymundus, quia jam ejus tempore hoc examen purgationis vulgaris prohibitum erat, ut probavi in cap. final. de purgat. vulg.

^e **E**cclæsiæ interdicunt.) Cùm sententia interdicti ferri non possit regulariter ob causam pecuniariam, ut probavi in cap. 2. de his quæ sunt à Prelatis.

^f **A** vicariis denarios.) Iuxta tradita in cap. 2. ne Prelati vices suas.

C O M M E N T A R I V M.

^{2.} **A**n Episcopi, & cæteri judices ecclesiastici possunt pro criminibus pœnam pecuniariam imponere, dubitant interpretes ob juris testimonia in hac parte invicem contraria. Et non posse eam imponere, videtur probari ex præsenti textu, & ex cap. pauper. 11. quæst. 3. cap. si lapsis, 50. dist. cap. irrefragabili 13. § ult. de offic. ordin. cap. ut clericorum, de vita & honest. cleric. Concil. Aurelian. 2. can. 3. Cabilon. sub Carolo Magno, cap. 18. & ex

ea ratione, ne ipsi in pœnis irrogandis turpem aliquem quantum consecuti videantur: & quia, ut ait D. Isidorus in dict. cap. pauper, citò violatur auro justitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit posse pecuniâ redimere. Sed contrarium prorsus verum est, videlicet Episcopum vel alium judicem ecclesiasticum posse imponere pœnas pecuniarias. Quæ sententia probatur ex cap. dilectus, de offic. ordin. cap. si vos 23. q. 5. cap. cùm sit nimis, § final. cap. postulaſt. de Iudeis. cap. ad audiendum, de prescrip. cap. olim, de iniur. cap. P. & G. de offic. deleg. cap. venerabilibus. §. denique, de sent. excom. cap. in Archiepiscopatu, de raptor. cap. statuimus 16 quæst. 1. probant Lantmeter. lib. 2. de veteri cleric. cap. 109. pluribus relatis Barbosa part. 3. de potest. Episcop. alleg. 107. Diana part. 10. tract. 8. per tot. Solorzan. tom. 2. de jure Indiar. lib. 3. cap. 7. zum. 76. Salgado de protech. Regia. part. 2. cap. 4. Cevallos tom. 4. quæst. 897. Valafus alleg. 34. Cabedo decis. 81. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 17. num. 199. Nec obstant textus pro contraria sententia adduicti; nam procedunt quando judices ecclesiastici pœnas pecuniarias imponunt ex avaritia, & radice cupiditatis, animo eas imbusandi, sibi que applicandi: quo casu non licet pœnas pecuniarias imponere. At vero zelo justitiae, quia illa magis timetur, pœnam pecuniariam imponunt locis piis applicandam, quam juxta Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 3. recte imponere possunt, ut probant Petrus Gregorius lib. 4. partit. tit. 15. cap. 1. Sforzia in his. Concil. Trident. in sess. de edit. lib. Chophinus de sacr. pol. lib. 1. tit.

tit. 3. num. 10. Diana d. tract. 8. qui prosequitur expositiōem Concilii Trident. & explicat quomodo possit Episcopus applicare dictas paenas pecuniarias locis p̄is. Et pro exactione ipsius mul-

Ex non teneri judicem ecclesiasticum auxilium
Brachii secularis invocare, probat Soloranzus
suprā, n. 81.

C A P V T IV.

Idem. in Concilio^a Turonen.

CAlumniam & audaciam temerē litigantium condemnando in expensis, & alio multiplice remedio sanctio^b Imperialis compescit. Quoniam igitur sacrī institutis consonare dignoscitur, præcipimus, ut de cetero in^c causis pecuniaris victus victori in expensis condemnetur, nisi sententia pro^d absente feratur.

N O T A E.

COMMENTARIUM.

a **T**uronenſi.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 5. & post Concil. Lateran. part. 3. cap. 2. non tamen reperitur textus hic in ipso Concilio Turonenſi, ut jam notavit Ant. August. in presenti. De Concilio Turonenſi nonnulla notavi in cap. majoribus 8. de præbend.

b Imperialis.) Relata in l. properandum, §. fin autem, Cod. de judiciis, l. 4. & 5. Cod. de fruct. & li- tium expensis.

c Pecuniaris.) Hic recte deducunt Fachineus lib. 1. controv. cap. 42. Balboa in cap. significaverunt 11. num. 29. de except. in causis criminalibus regulariter vi etiū non esse condemnandum in expensis: pro qua sententia facit disertus textus in l. non ignore, Cod. de fructib. & li- tium expensis: ubi Imperator agnoscit, dicrimen, quod versatur inter causas civiles, vel criminalis, his verbis: *Vel delata non probaverit, pro calunnia quidem penam luat legibus constitutam, pro pecunaria vero causa post sumptus, considerat à quantitate postulatorum, vel mediūneris intervallo, condemnationem pro estimatione judicis sustinebit.* Nec contrarium probatur ex generalitate, quā utitur Imperator in l. properandum. §. sive alterutra, Cod. de judiciis; nam licet in principio ipsius textus Imperator ageret tam de causis civilibus, quām criminalibus quoad statuendum tempus, intra quod iſi finiri debebat; tamen dum ad expensas solvendas descendit, tantum agit de causis criminalibus. Nec etiam obstat textus in l. 3. C. qui accusare, ibi: *Non solum extra ordinem estimatione judicis puniendi sunt, sed etiam sumptus, quos in eam rem, & circa ipsum iter ad item vocati fecerunt, pendere coguntur.* Namibi agit Imperator de accusatore contumacia, non vero de eo, qui vietus fuit in judicio criminali.

d Pro absentia.) Consonat textus in dict. l. properandum, §. sive autem, Cod. de judiciis. Et rationi consonum est hoc; nam iniquum videtur, ut absens & contumax, qui aliquin non auditur nisi refusis expensis, l. sancimus, Cod. de judic. expensas à praesente repeatat. Deinde quia Imperator in dict. l. properandum, §. sive autem, vult eum in pe- nā contumacia obligatum esse ad expensas, quas reus præsens fecit; ergo implicat, & absurdum est dicere, reum praesentem condemnandum esse in expensis ipsi actori absenti. Quare recte Alexander III. in praefanti à generali obligatione victi solvendi expensas victori, excepte casum, in quo sententia pro absente lata est.

QUoad penam temerē litigantis non semper unum idemque ius obseruatū repertū; olim enim in ipso ingressu litis, tam actor, quam reus pecuniam deponebant in aede sacra, ut vietus & qui condemnatus evasisset, illa pecunia multaretur, qui vero obtinuerit, pecuniam suam recuperaret; qua pecunia à loco sacro, ubi deponebatur, & quia propter ararī rationem, & sacrorum publicorum multitudinem in rebus divinis consumebatur, dicebatur sacramentum. Varro lib. 4. de lingua Latina, ibi: *Qui petebat, & qui insciabatur, de aliis rebus uterque quingentos eris ad Pontificem deponebant; de aliis rebus item certo alio legitimo numero a sum: qui judicio vicebat, suum sacramentum à sacro auferebat: vieti ad ararum redibat.* Petrus Pompeius ibi: *Sacramentum as significat, quod pena nomine pendit.* De qua pecunia agunt Valer. Max. lib. 7. cap. 8. ibi: *Aphronia tamen cum sorore sacramento contendere nolit, testamētumque matris patientia quām judicio convellere sanctus eff. dux t.* Cicero in oratione pro Milone, ibi: *Eum denique, cui nulla lex erat, nullum jus civile, nulli possessionum termini, qui non calunnia litium, non in iustis vindictis, ac sacramentis alienos fundos; sed castris, exercitu, signis inferendis petebat.* Quem ita exponit Budaeus ad Pandectas in l. ult. ff. de orig. jur. fol. 24. Quid etiam ipsum expendit in lib. de Oratore. Qui cum contendebant, invicem se provocabant sacramento quadrigenario, vel quinquagenario, iuxta di- veritatem causarum, in hunc modum: Si male petis, quinquaginta asles dare spondes? Et actor spondebat. Deinde interrogabat: Si male te defendis, & sine causa litigas, totidem promittis? Et reus itidem respondebat. Cicero in oratione pro Fratio, & pro Cecina: allususque eleganter sacra pagina apud nostrum Vulgatum, *Sapientia cap. in fine.* Dicebatur sacramentum, quia pecunia promissa statim apud ædem Saturni deponebatur. Ilidorus lib. 5. orig. cap. 2. 4. in fine, Eccl. verbo *sacramentum.* Unde is, qui vincet, suos nummos referebat: nummi vero illius qui succubuerat, apud ararium Saturni manebant. Varro lib. 4. de lingua Latina. Hinc exponit Iu- stinius in princip. Insti. de pena temere litigantium ubi ait penā pecuniaria olim deterritos fuisse perperam litigantes: quæ fuit, quæ promittebatur per dictam positionem, vel alia major, si sub majori contendere volebant, veluti tertix, quintus, vel decimæ partis litis, §. 1. ubi Theophilus, cod. iur. Hac autem major pena non deponebatur in arca Pontificum, quia solis litigantibus

tibus manebat; ideo viētor ex sponsu contra viētum agebat ad pœnam. Docent Budens in anno-tat. priorib. ad Pandect. pag. mibi 94. Polletus lib. 5. bīst. fori Rom. cap. 5. Briffon. lib. 5. de formul. pag. 369. Pitheus lib. 1. advers. cap. 18. Osualdus lib. 24. Donel. cap. 3. litera E. & cap. 13. litera D. Desiderius Heraldus ad Arnobium advers. Gentes lib. 4. pag. 137. Joan. Funger. in etymol. verbo Sacramen-tum. Ex qua obseruatione explicari potest textus in l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul. ubi docemur, non minus contrahi in judicio, quām per stipulatio-nem, videlicet propter sponsiones litas, quā i-nitio litis ultro, citrōne interponebantur. Inde novationem necessariam per litis contestationem contingere docetur in l. delegare II. l. aliam 29. ff. de novat. & explicant Briffonius lib. 2. de solut. tit. de novat. Valentia lib. 2. illuſtr. tract. 2. cap. 9. Wies-mbach. disp. 40. num. 13. Illustrante Pitheus lib. 1. ad-vers. cap. 18. Germonius lib. 3. de sacror. immunit. cap. final. num. 26. Pancirola lib. 1. var. cap. 39. Re-vardus lib. 2. var. cap. 18. Vasconcellos ad titulum de sacramentis non iter. Cujac. in l. 69. ff. de legat. 2. de quo sacramento aliqui accipiunt textum in l. 1. §. 5. ff. de extraord. in cognit. Postea statutum fuit, ut actor in initio litis decima ipsius litis calumnia nomine caveret, hoc est decimam partem litis, ni-vicisset, reo præstiturum. Extat constitutio Dio-cletiani, quam ex Codice Hermogeniano restituit Cujacius lib. 7. obser. cap. 6. quā ejus reprobmissio-nis decimæ partis meminit, ibi: *Quippe si per ca-lumniam hoc eum facere confidis, remedio reprobmissio-*

C A P V T V.

Innocentius III. ^a Nidrosiensis Archiepiscopo.

Quod in dubiis: *Et infra:* Quia verò tam sacerdotes, qui gubernant naves ad pugnam, quām qui personaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant ad pugnandum, omnes enormiter peccant, de rigore canonico eos credimus depo-nendos.

N O T A E.

^a **Nidrosiensis.**) Ita etiam legitur in tercia col-lectione, sub hoc tit. cap. un. Integrum

decretalem dedi, & inscriptionem exposui in cap. quod in dubiis, de renunc. & commentarium hujus textus invenies in cap. petitio, penult. de homicid.

C A P V T VI.

Idem ^a London. Episcopo.

Terza discretionis prudentiam. *Et infra:* Ad illud quod à nobis tertio requisisti, qualiter clerci in b latrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri debent. Respondemus, quod à suis ordinibus c degradati detrudi debeant in d ar-atis monasterii ad pœnitentiam peragendam.

N O T A E.

^a **Londinensis.**) Ita etiam legitur in tercia col-lectione, sub tit. de vita & honestate cleric. cap. 3. & in cap. tue, de consanguin. & affin. in eadem collect. ubi extat alia pars hujus decretal.; sed quia non reperitur inter editas à Sirleto & Bos-quo, ideo ejus integrum restituere non possum.

b **Latrociniis.**) Secus verò si simplex furtum ad-

miserint; nam tunc tantum deponuntur, ut post Hostiensem in presenti, docuit Balboa in cap. un non ab homine 10. de judicis.

c **Degradați.**) Clerici enim cum pœnitentiae peragenda causâ in monasterio olim detrucebantur, prius deponi debebant, antequam huic carceri incipientur. Cum enim monachorum conventus laicorum cœtus cœfretur, inter eos agere non poterat clericus integro, suo gradu & statu servato: quare prius per dispositionem ad statum

2.

statum laicalem redigebatur, ut ita penitentia collum subderet. Concilium Neocasar. can. 1. Tolet. 4. can. 44. ibi: Oportet canonibus in tali scelere proditum à clericatus ordine submoveri, & penitentia triennio deputari. Epau. can. 21. Si presbyter crimen capitale commiserit, ab offici honore depositus in monasterium retrudatur. Cabilon. can. 30. Ut gradu amissione agenda penitentia gratia in monasterio, &c. Agathense can. 50. Ab offici honore depositi in monasterium retrudantur, & ibi tantummodo quamdiu viixerint, laicam communionem accipiant. Notavi in cap. clerici 4. de excessu. Pratal. Concl. Tolet. 4. can. 43. Subfervit huic obseruatuncula ex arcana iuris civilis venustum militiae armatae exemplar; quippe cum milites torqueri ob militiae dignitatem non valerent. l. 3. s. 2. ff. de re milit. l. militis, Cod. de questione. docetur in l. 7. ff. de re milit. quod proditores milites, aut transfugæ exauthoritati

torquentur. Planè quod Modestinus inquit, cum qui ad hostes confugit, & reddit, torqueris ad bestiasque damnari, vel ad furcam, quamvis milites nihil eorum patiantur. l. 3. s. 15. qui ad hostem 10. ff. de re milit. sic equidem esse temporandum existimat, ut qui ad hostem confugit, & reddit, si miles erat, nec torqueri, nec ad bestias, nec ad furcam damnari possit, juxta legem 2. ff. de re milit. nisi exauthoratione praecedente, ad ordinem paganorum redactus fuisset. Proinde apud Amman. Marcel. Lampadius Praefectus falli insimulatus, prius quam torqueretur, dignitate privatus fuit. Falliarum (ait Ammanus Marcel. lib. 15.) nube discessa, Imperator doctus relatione fideli, abrogat à potestate Praefecti, Lampadum statui sub questione praeposit.

d. Arctis monasterii.) De qua poena detruzione in monasterium egi in cap. 1. de regul.

C A P V T VII.

Abb. & Fratrib. Cryptæ Ferrata.

Constitutus in praesentia nostra. *Et infra:* Licet autem in instrumento Episcopi Lavitani expressa fuerit certa poena, quam pars contractum non servans, solvet observant: cum tamen utraque pars venisse contra illum, ex confessione propriâ convincatur, cum & pars vestra subtraxerit Episcopo pensionem, & Episcopus procriptionem exegerit ab eadem Ecclesia, sicut oeconomicus proposuit memoratus, utramque partem ab ea reddimus absolutam.

N O T A E.

Abbatis & fratribus. Ita etiam legitur in cap. constitutus, de religiosis domibus, ubi extat alia pars hujus textus, & ibi praesentem inscriptionem exposuit.

COMMENTARIVM.

Cum praesens rubrica generaliter concipiatur de peccatis, non solum sub ea agitur de peccatis delictorum, verum & de peccatis conventionalibus consensu partium statutis, de quibus in praesenti textu, & in cap. suam, infra. Est autem peccata conventionalis, promissio confirmans praecedentem obligationem, aut causam, & ad ejus implemen- tum reum impellens, sub comminatione præstans, & talis obligatio tendit ad confirmandam priorem, ut docent Cujac. in l. s. ita 97. Donellus in l. si homo 69. num. 5. ff. de V. O. nec requirit priorem obligationem, sed causam, velut si dixerit stipulator: Si domum non fabricaveris, centum dabis. Quia fabricatio dominus tunc non est in obligatione, cum promissa non sit, sed in causa. Unde promissor liberatur dominum fabricando, quia est causa debendi; sed peti ipsa fabricatio non potest, l. si penam 24. ff. quando dies legati cedat, l. obligationum 24. s. ita, ff. de V. O. Unde cognoscitur, peccatum de qua in praesenti textu, adje-

ctam fuisse ad firmandam transactionem inter Episcopum Lavitanum, & monasterium initam, de qua in dict. cap. constitutus. Et ita non cause, sed conventioni peccata accessit. Etiam sciendum est, peccata conventionales quoque eventu esse solvendas, licet nulla culpa possit imputari promissoribus quia non tantum promiserunt diligentiam, sed præstationem, seu factum, l. s. ita 9. ff. de nautico favore, l. ad diem 77. l. stipulatio 38. s. at si quis, ff. de V. O. l. qui autem 14. s. sed si quis, ff. de constit. pecunia, l. sancimus 26. C. de fidejuss. docent in dicta l. 38. Alciatus num. 31. Cujacius, Duarenus, Donellus, & Grphanius: Sanchez lib. 1. de matrim. disput. 26. num. 6. Richardson in s. si quis alium, num. 31. Instit. de inutil. Grotius de jure bell. lib. 2. cap. 15. num. 16. Facheirus lib. 3. controv. cap. 10. & si ambo ex contrahentibus peccatum promiserint, & factum promissum non adimplerint, uterque ad peccatum manet obligatus: sed quia paria delicta quoad peccatum privatam multam compensatione tolluntur, l. viro, ff. solut. matrim. probavit in cap. final. de adult. ideo hoc casu peccata compensationi locus est, l. si ambo, ff. de compens. Unde recte in praesenti specie Innocentius decretiv, quod cum tam Episcopus, quam monachus promissum non adimpleret, peccatum ex utraque parte commissum esse, & sic neutrum ex eis peccatum posse.

C A P V T VIII.

Idem Priori & S. Fridiani, & Magistro B. Canonico Pijano.

SVper his, de quibus nos consulere voluistis. *Et infra:* Clericus autem, qui pro eo, quod variaverat coram yobis, de mandato nostro captus est, & detentus, infamiam non incurrit.

N O T A E.

NOTÆ.

^a **S**ancti Fridiani.) Præsentem inscriptionem exposui, & integrum decretalem dedi in cap. super bis, de accusat. ubi extat principalis pars ius decretalis; in præsenti enim tantum docetur,

testem vacillantem carceri mancipatum pro erunda veritate, non ideo infamiam incurre; quia cum sententia non præcesserit, quā falsus ipse declaratur, non potest notari infamia, quia infamiam irrogat sententia, non factum, l. nullam, Cod. quibus ex caus. infamia.

C A P V T I X.

Idem ^a Spoleto Episcopo.

SVam ad nos Rectores clericorum sancti Fortunati querimoniam transmiserunt, quod cū tibi essent in XL. libris per quoddam arbitrium condemnati, essetque poena XXX. librarum adposita, nisi ea solverent in termino constituto, tandem XXXIII. libris in termino persolutis, occasione septem residuarum per quasdam nostras literas veritate tacitā impetratas obtinuisti eos in præfatis XXX. libris tibi per delegatum judicem condemnari. Quia igitur te non decet in tantum Pontifica lis modestia obliuisci, ut inhonestis quæstibus anhelando desideres cum alienā ja- ētura ditari; mandamus septem librarum solutione contentus, supra pœ- na XXX. librarum memoratos Rectores de cætero non molestes.

NOTÆ.

^a **S**poletano.) Ita etiam legitur in tertia collec-
tione, sub hoc tit. ne clerici vel monachi; id est
Benedicto, qui ab ipso Innocentio III. creatus
fuit Episcopus Spoletoanus anno 1198. De Spo-
let. dice etiæ in cap. 2. de condit. appos.

COMMENTARIVM.

Difficilis valde visa est præsens Innocentii de-
cīsio utriusque juris Interpretibus, ex eo,
quia certum est, poenam conventionalem esse sol-
vendam à reo integrè non adimplente promissio-
nem veluti si quis ita stipuleret: Si fundum Scia-
num non dederis, centum dare spondes? Quo ca-
su ut poena evitetur, necesse est solidum fundum
Scianum dare, neque sufficit partem datam sufficere,
ut poena in solidum non committatur, l. heredes
25. §. idem 13. ff. famil. erit. l. stipulationes. §.
ult. l. si pro parte 85. §. sita 6. ff. de V.O. Caballin. de
individ. 3. part. ex num. 25. & 286. Valencia de a-
viduis, cap. 6. ex num. 15. Chesius lib. 1. interpret.
cap. 5. num. 107. Madera animad. cap. 30. per totum
quæ individuas non provenit ex natura rei in
obligationem deductas, que revera dividua est,
cum sit fundus: sed quia aliquid sine captione crea-
ditoris non posset introduci, dict. l. stipulationes. §.
ult. quia verum est fundum datum non esse, cum
solidus non sit; ideo quamvis si plures hæredes
uni successerint, unusquisque in solidum non te-
neatur, sed pro parte hæreditaria tantum ad præ-
stationem fundi in stipulationem deducit; tamen
ad hoc ut poena evitetur, non sufficit pro portione
hæreditaria satisfacere, immò quounque cef-
fante in solutione partis committitur poena in-
tegra contra omnes, l. in executione 85. §. quod si stip-
ulatus, ff. de V.O. l. heredes 25. §. idem juris, ff. fa-
mil. erit. l. si servus 9. §. si plurimum, ff. si quis cautionis-
bus. Pœnalis enim stipulatio facit obligationem
dandi individuam, cum nisi integrè res, vel quanti-
tas præstetur conditio stipulationis non existat,
sive in promissore, sive in hæredibus ejus id conti-
gerit, nec enim ex persona hæredum potest condi-
cio stipulationis immutari. l. 2. §. 1. ff. hoc tit. Et
cum stipulatio pœnalis per conditionem, vel

conditionis formam interponatur, & committatur, individuum causam continet, l. cui fundus 56.
ff. de condit. & demonstr. Facit etiam quod docetur
in dict. l. pro parte, §. item sita, ubi proponitur casus
pignoratitatis obligationis, sive ejus debiti, quod
sub pignore debetur: cuius ea natura est, ut pigno-
nus non prius liberetur, quam tota pecunia debita
sit soluta; unde si unus hæredum partem debiti
solvaret pro hæreditaria portione, pignus non
potest liberare pro parte non magis quam si de-
bitor ipse partem debiti voluerit solvere; quia ne
si volenter creditore solvi sit, pignus liberal-
set, nisi tota quantitate soluta, l. si necessaris 8. §. si
unus 2. l. solutum 11. §. si creditori 4. ff. de pignorat.
act. l. hæredes 25. §. idem observatur 14 ff. famil. er-
it. l. hæreditate 22. ff. de hereditate vel actione, l. qui
pignore 19. ff. de pignor. l. arbiter 11. l. ult. ff. de di-
strat. pig. l. quandidu 6. l. si unus 16. Cod. eod. tit. l. ren-
hæreditariam 65. ff. de evit. l. 1. C. de lutione pignoris,
l. 1. & 2. Cod. si unus ex pluribus. Ratio hujus prin-
cipii provenit ex voluntate contrahentium, quia
qui promisit pecuniam certo dicto dare, & nisi de-
derit, pœnam, totam summandare promittit. Pœ-
nalisque obligatio conditionalis est, vel instar
conditionalis in casu non dationis. Atqui verum
est, totam summandam datam non esse, quamvis pars
debet: ergo nisi in totum principali obligationi
satisfactum sit, non evitatur pœna, argumento
ex lege cui fundus 56. ff. de condit. & demonstr. quod
procedit quando poena ut talis consideratur, id
est quando est punitio moræ, & negligientia de-
bitoris: aliquando tamen poena non in punitio-
nem promittitur, sed propter maiorem cautionem,
& faciliorem expeditionem obligationis: quo
casu pœna succedit loco intercessi, & ut illud ta-
xatur, Gomez lib. 2. var. cap. 10. num. 23. Donellus
lib. 15. comment. cap. 3. cum aliis, Carleval. 2. tom.
de judic. tit. 3. disp. 3. num. 26. Igitur cū in præ-
senti casu plene satisfactum non fuisset Spoleto
Episcopo, recte pœnam sibi promissam à Ple-
banio, & clericis petebat. Cui difficultati ut
satisfaciant Interpretes, varia adduxerunt. Bar-
tolus in l. 4. §. Cato, ff. de V.O. agnovit discri-
men in hac parte, inter jus civilē, & canonicum, ita ut
jure canonico attento partialis solutio pro parte
eximat à pœna. Alii docuerunt jure canonico si-
miles

mīlēm pōnē conventionem non valere, quia prāsumiūt in fraudem usurarum apposita, juxta communē sententiam, quam videntur probare textus in *I. Iulianus* 14. § adem *Papinianus*, ff. de act. empi. l. cam allegas, *Cod. de usuris*: ac proinde cum usurē jure canonico sint prohibitæ, similis pōna improbarat eodem jure. Ita *Alciatus* in *dīct. l. 4.* §. *Cato*, *Pichardus* in §. si finit. n. 22. 4. de offic. iudicis. Sed haec interpretatio sustineri non potest. Prīmō quia *Innocentius* non utitur ea ratione generali prohibitionis, videlicet usurarum, sed aīa longe diversa. Secundō, quia in rigore juris illi communis sententia vera non est, videlicet pōnam pecuniarium prāsumi adiectam in fraudem usurarum, ut alii melius probarunt expēdentes generalitatē legis *si stipulatio* 38. §. alteri, ff. de *V. O. Iuram* 26. ff. de perit. heredit. l. si cum duo 26. §. ult. *J. Celsus* 28. in princip. ff. de receptis: ubi probatur, absolutē & indistinctē exigi posse pōnam adiectam obligationi, etiam non dandi. Nec ibi distinguitur, an sit obligatio quantitatis, vel non. *Fachineus* lib. 5. *controv. cap. 96. vers.* Secundus casus, asserit in prāsentī specie pōnam non deberi, quia pōna non committitur quando quis deficit in minimo. l. *Seia*, ff. de minor. Alii congesti à *Barbosā* in prāsentī, communiter docent, Pontificem in hoc casu pōnam triginta librarum moderasse pro parte septem librarum, quæ supererat, quia nimis excessiva erat, cum majorem partem debiti jam Episcopus exegisset. Pro qua sententia illud facit, nam cūm in prāsentī casu pōna promissa esset habita ratione interestis, videlicet pro eo, quod intererat Episcopo quadraginta libras solutas esse, & soluta jam essent 33. libri, pōna pro rata tantum respecū septem committi debebat, argumento legis *si servus* 9. §. 1. ff. si quis caution. Verum hoc procedit in factis dividuis, nam cūm dividui factum ideo divisionē admittat, non quia unicūm factum dividii posset, sed quia plura facta censentur. l. si procurator 18. ff. rem ratam haberet, perinde est ac si plures faciendi obligations contracta fuissent, & unicūm pro parte stipulatio penalē esset adiecta illius solummodo quantitatis, quia pro una parte ad singulos spectare poterat: ut vero in prāsentī agitur de obligatione dandi, quæ nunquam dici potest impleta, ubi minima portio deficit, ut docent *Pichardus* de dividuis, & individuis, cap. 6. per tot. *Valentia* lib. 2. illistrum, tract. 4. cap. 6. *Chelius* interpret. juris cap. 50. quia cum unica quantitas sit, quæ debetur, & consequētur unica adiut obligatio. l. *scire* 29. l. quod dicitur 86. ff. de *V. O.* non potest nisi in solidum committi pōna. Quarē iis sententiis omnissimis, & aliis relatis à *Sarmiento* lib. 3. select. cap. 6. num. 4. *Gutierrez* lib. 2. canon. cap. 20. dicendum est circa prāsentem casum duo hāsitari posse. Primum, an in casu, de quo in prāsentī, pōna ritē, & rectē apposita fuerit, exigūque posset à clericis celsantibus in solutione. Secundum, supposito quod legitimē sit adiecta, & licet exigitur, an si debitores partem debiti solvant, adhuc tota pōna exigi posset, an vero solum pro parte debiti non soluti? Et credo *Innocentium* decreuisse totam pōnē obligationem esse inhonestam, prācipue attenta Episcopali modestia; nam cūm Episcopus debeat esse magister totius perfectionis, ex D. Thoma 2. 2. quest. 18. 4. art. 2. & pater pauperum ab omni profus avaritia debeat esse alienus, cap.

gloria 12. quest. 2. debet abstineri ab iis, quæ licet alii sint licita, in eo tamen aliquam habent spē ceterū indecentiā, ob tanti status perfectionem, cap. *Episcopus* 14. quest. 1. Vnde licet pōna adiecta obligationi dandi quantitatē, tanquam individualia in totum committatur, eti pars intra terminum soluta sit, nihilominus hoc respecū Episcopi nō est honestū, quippe quod arguit cupiditatem lucrandi cum aliena jactura: & sic exponenda sunt verba quibus Pontifex sua decisionis rationem reddit, inter quæ nullum est, quod concludat in justitiam ex parte Episcopi in hujusmodi pōna exactione, sed solum omnino tendunt ad ostendandam indecentiam, id est repugnantiam honestatis in personam ejusdem, ut patet ibi: Non decet, & ibi: *Pontificalis modestia*, & ibi: *In honestis*; considerata scilicet honestate & eminentia status Episcopalis. Genuensis pract. quest. 25. 4. & 688. Quare prāsentem textum in quo species liter de Episcopo agitur, cui pōna promissa fuit, non debemus ad alios casus protrahere.

Pro Complemento hujus commentarii examinanda est illa fatis vexata quaestio, utrum attento jure canonico, & morib⁹ Christianis, pōna conventionalis exigi posset citra interestē creditoris? In qua affirmativam sententiam tenerunt *Baldus*, *Castrénis*, & *Salicetus* in l. cum allegas, *Cod. de usuris*. *Petrus Gregor.* lib. 3. part. tit. 1. cap. 5. *Sylvester* in summa, verbo *usura* 1. num. 28. *Coivar de matrim.* 2. part. cap. 6. §. 8. num. 14. *Navarrus* in manuali, cap. 17. num. 215. *Murga* tom. 2. disp. 1. moral. disp. 14. dub. 21. & 22. *Barbola* in prāsentī, ex num. 3. *Molina de justitia* tom. 1. trād. 2. disp. 97. per tot. *Sanchez* lib. 1. de matrim. disp. 37. *Vascus in florib. Theolog.* verbo *pōna*, num. 8. & verbo *usura* 4. num. 1. Contraria sententiam videlicet pōnam non posse exigi, nisi quatenus appearat creditoris implacata non fuisse primā intentione, ut prāceptam, & supremorum Tribunalium decisionibus approbatam, tam de jure, quam de æquitate, defendunt *Gutierrez* de jurament. 1. part. cap. 36. num. 10. & cap. 20. *Coinch* lib. 2. num. 4. & 5. Avendendo in dictorio, verbo *Penna conventionalis*. *Pichardus* §. uli. in fin. de *V. O.* num. 5. *Sarmiento* lib. 3. select. cap. 6. num. 10. *Faber* in suo *Codice*, tit. de *V. O.* diff. 9. & 14. *Garcia de expensis*, cap. 9. num. 63. *Rodriguez de annuis redditis* lib. 3. quest. 5. ex num. 10. *Carleval* de judic. 2. tom. tit. 3. disp. 3. num. 22. *Leothardus de usur.* quest. 3. 8. ex num. 8. Quæ sententia facile componuntur, quia prima procedit, ut ipsi autores loquuntur, quando non animo injusti lucrī pōna apponitur, sed in pōnam perfidia, aut tarditatis evitanda causā, absque illo profus animo usurario. Sed quia in re practica difficile est perscrutari contrahentium animos, merito obtinuit, nullam pōnam ultra interestē exigi posse. Turpe enim lucrum reputatur, quod hoc solo prætextu exigitur. Quod & *Papinianus* ipse agnovit, quamvis parum firmiter, de pōna conventionali agens in l. si vēditor 6. §. 1. ff. de servis export. ut notarunt *Cujacius* lib. 27. qq. *Papin ibi*, & *Antonius Faber* in ejus rationali: & ideo in hoc casu creditor probare debet sua interestē, ad hoc, ut pōna conventionalis exigi possit, ut docent *Leothard.* & *Carleval*. ubi proxime.

CAPUT

CAPUT X.

^a Idem Vicentino Episcopo.

Ad aures Apostolatus nostri pervenit, quod cum quidam Parochiani tui a usu dia-
bolico bona memoriae I. quondam Vicentin. Episcopum prædecessorem tuum
nequiter peremissem, feuda, & beneficia, quæ a Vicentina Ecclesia obtinebant,
ipsis per sententiam fuerunt cum multa deliberatione sublata. Quia igitur majori etiam
fuit animadversione plectendi, nos bona memoria Cœlestini prædecessoris nostri ve-
stigis inherentes, tam tibi, quam successoribus tuis arctius inhibemus, ne alicui ex præ-
dictis malefactoribus, aut eorum hæredibus prædicta beneficia restituantur ulterius,
seu de novo alia qualibet conferantur. Si quis autem (quod non credimus) contra
hoc aliquid attenterit, ipsum auctoritate Apostolica decernimus officii, beneficii-
que sui dignitate carere. Quod si aliquæ literæ aliquando super hoc apparuerint im-
petrata, quæ totius facti non contineant veritatem, illas penitus vacuamus. Volu-
mus etiam ut præsens pagina subscripta in Ecclesiæ Vicentin. custodia deponatur, &
Episcopo Vicentin. qui pro tempore fuerit, annis singulis ostendatur. Nulli ergo, &c.
Datum Laterani 12. Kal. April.

NOTÆ.

^a Idem. In hac sexta collectione, &c in qua-
ta, sub hoc tit. cap. 1, tantum legitur Idem:
sed inscriptionem & literam restituo ex epistolis
editis à Sirleto, fol. 27. Hujus etiam homicidij
Vicentini Episcopi mentio extat in cap. intellectu-
mus, de judicis, ubi aliqua de Vicentina Ecclesia
notavi, & probavi, homicidam Episcopi pri-
vari beneficiis, & feudis obtentis ab eadem Ec-

clesia: quod & docuerunt Petrus Gregorius de
beneficiis cap. 26. num. 8. Gonzalez ad regul. 8o
Cancelar. glossa 15. num. 24. Aliis etiam penitus
afficiuntur ex Clementina 1. de penit. & aliis
novioribus constitutionibus relatis per Gibali-
num insynopis censurar. verbo Cardinalis. Gravera
penitentiam pro nece Conradi Episcopi Her-
bipolensis Innocentius indixit anno 1204, quam
refert Trithemius in chron. anno 1202.

CAPUT XI.

^a Idem.

Dilectus filius Jacobus electus sancti Petri ad b Montes, ad Ap. Sed. accedens gra-
uem querelam contra dil. fil. G. Decan. Norm. & I. Cath. Archid. expoluit. Cumque
asserens eos in causa sua: quæ fuit illis commissa, perperam processisse. Cumque
dil. fil. I. clericus cum literis eorumdem continentibus cauta processum ad nostram
præsentiam accessisset, & idem Jacobus niteretur ipsum processum multipliciter im-
probare, relationem ipsorum in quibusdam afferens esse falsam: Nos quia praefatus
clericus non habebat nisi ad contradicendum, vel impetrandum mandatum, ad ma-
jorem cautelam processum ipsum, nec confirmandum duximus, nec cassandum. Et iu-
ra: Quia vero sèpe contingit, quod contra falsam assertiōnem iniqui judicis innocens
litigator veram non potest negationem probare, cum negantis factum per rerum na-
turam nulla sit directa & probatio: ne falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas præva-
leat æquitati, necessarium videtur, & æquum, ut cum quis legitimam exceptionem
proponit, illam probare paratus, vel ad declinandum judicium, vel ad intentionem
alterius elidendam, si forsan verbo, vel facto ab illa recesserit, vel eam non probave-
rit intra terminum competentem a judice præfigendum, modestus judex non antè pro-
ceder quam super hoc a instrumentorum, vel testium cautelam adhibeat opportunam,
per quam si necesse fuerit, possit de veritate constare; vel si contra relationem, seu pro-
cessum ipsius fuerit suborta contentio, hujusmodi probationibus possit ipsius judicis as-
sertio roborari, quatenus hujusmodi adhibitio moderamine sic honestis, & discretis de-
feratur judicibus, quod per improvidos, & iniquos innocentium justitia non laceratur:
& ne judicialis evanescat auctoritas, cum de litigatoris improbitate constiterit adversus
assertiōnem judicis temere & prorumpentis, juxta superioris arbitrium digna poterit
animadversione puniri.

NOTÆ.

- I. a **[Dem.]** Ita tantum legitur in sexta collectione, & in quarta sub tit. de probationibus, cap. 2. Sed literam integrum, & inscriptionem restituo ex epistolis ipsius Pontificis lib. I. reg. 13. epist. 196. Monasterium Vallis Claræ est Ordinis Cisterciensis, in diœcesi Lugdunensi, constructum à Comite de Rouilly anno 1134. ut referunt Claudio Robertus in sua Gallia, Manrique tom. I. annal. Cisterc. anno 1134. cap. 8. num. 3. Fratres Sarmath. tom. 4. Gallie Christ. fol. 894. De diœcesi Lugdunensi nonnulla adduxi in cap. 25. de rescript.
2. b **[Sancti Petri ad Montes.]** Duplex est Abbatia hujus nominis in Gallia, utraque Ordinis sancti Augustini, una in diœcesi Claromontensi, alia in Episcopatu Catalaunensi, à Rogerio Epis-

copo anno 1096. fundata, ut referunt Fratres Sar-
math. tom. 4. Gallie, fol. 720. & ejus absque dubio
electus erat Abbas Iacobus, de quo in hac episo-
la agitur.

c **[Nulla sit probatio.]** Iuxta tradita in cap. quin-
tam II. de probat.

d **[Instrumentorum, vel testium.]** Ob eandem etiam rationem iti canonem 38. Concilij Lateran. Innocentius III. statut, ut in quolibet judicio iudex semper adhibeat publicam personam, vel duos testes idoneos, qui fideliter universa judicij acta conscribant, ut refertur in cap. quoniam II. de probat, ubi notavi.

e **[Proximenter.]** Quod grave delictum est, ut probat Narbona in l. 20. tit. 11. lib. 4. recipit. glo-
sa. 18. & iudex potest non solum punire offendentes personam propriam, verum & familiam suam, ut probavi in cap. I. de offic. deleg.

CAPUT XII.

Ex Concilio a Generali.

IN quibusdam provinciis, & Ecclesiarum patroni, & b advocati, & vicedominis in tantam insolentiam erexerunt, & audaciam, quod non solum cum vacantibus Ecclesiæ debet de Pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, & malitias; verum etiam de possessionibus, & aliis bonis ecclesiasticis pro sua voluntate presumunt; & quod horrendum est dicere, in necem Prælatorum prorumpere non formidant. Cum igitur quod ad defensionis subsidium est inventum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri, prohibemus expresse, ne patroni, vel advocati, seu vicedomi- ni super præmissis de cetero plus usurpent, quam reperitur in jure expressum; & si contra præsumperint, per severitatem canonicam dictissimum compescantur. Sacri nihil omnino Concilii approbatione statuimus, quod si patroni, vel advocati, aut feudatarii, seu vicedomi, seu alii beneficiati alicujus Ecclesiae Rectorem, vel clericum aliquum ipsius Ecclesiae per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando præsumperint, patroni jufpatronatus, advocati advocationem, feudatarij feendum, vicedominum vicedominatum, vel beneficiari beneficium prorsus amittant: & ne minus vindicta, quam excessus memoria prorogetur, non solum de præmissis nihil proveniat ad hærides, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, nec in regularibus dominibus alicujus Prælationis affi- quantur honorem, nisi cum eis fuerit dispensatum.

NOTÆ.

- a **[General.]** Ita etiam legitur in quarta col-
lectione, sub hoc tit. cap. 2. & in ipso Con-
cilio Lateran. cap. 45. de quo Concilio nonnulla
adduxi in cap. I. de summa Trinit.

b **[Patroni, & advocati.]** De quibus, & eorum

abusu circa Ecclesias sibi commendatas, egi in
cap. 13. de jure paron, ubi commentarium hujus
prioris partis inveniens.

c **[Amittant.]** Illustrant hanc partem Gibali-
nus de censur. insynopsi, verbo Homicidium, Barbola
de jure ecclesiastico lib. 3. cap. 14. Lambertinus de
reparron. art. 3. & 7. Gutierrez lib. 2. canoniconum, c. 7

CAPUT XIII.

Honорий III. Препосто, Archidiac. & H. de Paris, Canonico
& Sueffion.

Gravem dilectorum filiorum Capituli b Laudunensis recepimus questionem, quod cum nobilis vir c Comes Registensis pro multis injuriis, quas irrogarat eidem, per judices a Sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuit innodatus, idem jam per duos annos & amplius in excommunicatione persistens juri

juri parere pertinaciter renuit, claves Ecclesia in suæ salutis dispendium, & plurimorum scandalum contemnendo. Licet igitur hujusmodi pertinacia non careat scrupulo hereticae & pravitatis, volentes tamen nobilitati parcere Comitis supradicti, si forsan ad cor revertens à suo resipiscat errore: d. v. mandamus, quatenus si Comes prædictus à nobis diligenter commonitus infra quindecim dies post commonitionem nostram non paruerit plenè juri, vos excommunicationis sententiam latam in eum, sicut rationabiliter est prolatæ, facientes usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari, & totam terram ipsius, ac loca, in quibus idem Comes fuerit commoratus, supponentes ecclesiastico interdicto, ecclesiæ, in quibus aliquid juris habere dignoscitur, ab ejus debito, sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obsecrulo & absolventes, fideles ipsius, quandiu in excommunicatione persistiterit, ab ejusdem fidelitate denuntietis penitus & absolutos. Quod si forsan nec sic tribuat ei vexatio intellectum, poterit non immerito formidare, pertinacia obstinata eum in heresim impingat infamiam, quam cum voluerit, forte de facili non poterit evitare.

NOTÆ.

1. **S**ession.) Ita etiam legitur in quinta collectione, sub hoc tit. cap. 2. ex qua restituimus integrum literam textus. De Sessionensi diœcesi nonnulla adduxi in cap. 2. de libelli oblat.
2. **L**audun.) Ita legendum est, non Lundensi, ut vulgo legitur: de qua diœcesi ergi in cap. 25. de scriptis.
3. **C**omas Registrensis.) In sexta collectione legitur Registrensis, sed male, cum Comitatus Registrensis fuisset olim in Gallia, ut probant Cironius in presenti, qui notat Honorium hic agere de Hugone III. qui successit patri suo Manassii anno 1197 & decepsit anno 1229.
4. **H**eretica pravitatis.) Quia per inforsescientiam in excommunicatione per annum redditur excommunicatus suspectus de heresi, ut probavi in cap. excommunicamus, § quia, de hereticis.
5. **N**obilitati.) Facit textus in l. nemo, Cod. de summa Trinit. quod procedit in penit corporalibus, cap. 1. de purgat. vulgar. latè probat Tiraquelleas de pénit. temperand. causa 31. num. 25. nam aliæ nobiles cum exemplo facile inferiores ad

peccandum moveant, gravius sunt puniendi, præcipue in causis fidei, ut probant Simancas de Catholicis, sit. 46. num. 65. Eymericus ad Pennam, 2. part. direct. in presenti.

f. **A**bsolvatis.) Et ita rectè probat Lotherius de re beneficiaria lib. 3. quæst. 33. per inforsescientiam in excommunicatione privati clericum beneficio jam obtento, dum talis inforsescientia duret per triennium, juxta textum in cap. cum bona 8. de aetate & qualit. ubi expofui doctrinam hanc.

g. **A**bsolutos. Quia non solum ob heresim privatius quis fidelitate à vassallis sibi promissa, juxta tradita in cap. final. de hereticis; verum & ob suspicionem heresim, ut de Philippo I. Rege Galliarum, qui ab Urbano II. in Claromontensi Concilio, & à Joanne & Benedicto Cardinalibus in Piataviensi Synodo ob ductam Bertradam in uxorem excommunicatus fuit, & à fidelitate subditorum privatus. Quia de causa Ivo Carnotensis Episcopus nunquam ei parere voluit, ut constat ex epist. 26. 35. & 211. & notavit Cironius in presenti, Magnus & Illufr. D. Ramos pro Episc. Lust. propof. 3. §. 2. num. 80.

5.

6.

TITULUS XXXVIII.

De poenitentiis, & remissionibus.

CAPUT PRIMUM.

Alexander ^a Papa.

Anifesta peccata non sunt occultæ correctione purganda.

NOTÆ.

6. **A**lexander.) Ita legitur in sexta compilatione; in prima autem collectione, sub hoc tit. cap. 1. legitur, Calixtus Papa: sed verba hujus textus in nulla epistola ipsorum Pontificum reperiuntur; extant tamen apud D. Gregorium Magnum lib. 12. epistolar. epist. 132. ubi dum in-

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

struit Felicem Episcopum Messianensem super variis articulis ad disciplinam ecclesiasticam spectantibus, ait: *Manifesta quoque peccata non sunt occultæ correctione purganda: sed palam sunt argundi, qui palam nocent, ut dum aperiæ obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corriganter. Dum enim unus corripitur, plurimi emendantur: & melius est, ut pro*

Aaa 2 multorum